



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 81. Postrema hujus Reginæ verba ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI nium in Regno malorum Aufricem
 A.C. 1589. accusabant.

§. LXXXI.

*Postrema hujus Reginae verba
 ad Regem.*

*Daniel hist.
 de France
 t. 6. edit.
 1723. p. 764.*

Ceterum Rex ingravescente Matris
 suæ morbo ab eadem nunquam dis-
 velli poterat: imo referunt nonnulli
 quod eadem præfente Rege Filio
 supremæ voluntatis tabulas conscribens
 illum his verbis allocuta sit: „Fili mi
 „hæc postrema tibi relinquo verba, que
 „pro Regni tui emolumento altius me-
 „morix tuæ impressa cupio: Regia
 „Stirpis tuæ Principes amore profequere
 „re, eosque, præcipue vero Navarra
 „Regem, semper tuo dignare consortio
 „illos enim semper Regno fide integro
 „devotos experta sum, quippe his se-
 „lis in Regnum tuum succedendi ju-
 „competit: memor sis etiam, quod
 „tunc, si pacem Gallis tantopere ne-
 „cessariam recuperare velis, conscien-
 „tiæ libertatem tuis subditis concedere
 „cogaris; ego enim probe observavi
 „quod Germani, pluresque mei
 „Principes nunquam alia ratione tu-
 „multus ob Religionem in suis ditioni-
 „bus suscitatos sopire potuerint.”

Postea Rex unacum tota Aula sua
 lugubres indutus vestes Blesis in sancta

Salve

Salvatoris Ecclesia exequiis prorsus magnificis Matri suæ parentabat, ubi Reginaldus Belensis Bituricentis Archiepiscopus funebrem habebat orationem, in qua tamen fabulas adeo risu dignas proferebat, ut ejusmodi temeritas vix in fabulosarum Historiarum Architecto toleranda esset. Porro Reginæ corpus in ejusdem Ecclesiæ Sacello depositum ibidem usque ad annum Domini millesimum sexcentimum decimum quiescebat, inde vero Dionysiopolim translatum, atque in eleganti sepultum est Sacello, quod ipsamet Catharina tam pro se, quam pro Henrico II. Marito suo construi fecerat.

Sæcul. XVI.
A. C. 1589.

§. LXXXII.

Blesensium comitiorum exitus.

Die decima sexta Mensis Januarii a Blesensi conventu postrema habebatur Sessio, ad cujus finem tres pronuntiabantur orationes, quarum primam pro Clero habebat Archiepiscopus Bituricensis, alteram pro Nobilibus Briffacus Comes, & tertiam denique Stephanus Bernardus Divionensis Advocatus pro plebæio Ordine. Præprimis Archiepiscopus omnium malorum, quæ per tot annos Franciæ Regnum divexabant, causam in diversas sectas ibidem toleratas rejiciebat, atque hæc

Thuan. l. 94.
Spond. hoc
ann. n. 2.

Tt 2

reme-